



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris  
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis  
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Cap. 30. De susceptorum nominibus, origine, ac vsu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

non est, quin olim, propter salutem eorum, qui baptismus  
gravi morbo affe<sup>c</sup>tati, exigua in spe anima<sup>m</sup> trahe-  
bant, à quo cunque etiā nō ieunio baptismus  
celebrari potuerit. Sicut postmodum eadem  
die causa factum est, ut ieunium in ministro ministriatus  
nunquam requireretur: ne nimis homini ieunium  
ad salutem quiquam decesset: præsertim cum in ministro  
parvolorum baptismus in frequenti vsu esse in-  
cur, & quā-  
ciperet: qui veteris consuetudinis abolenda  
causa, & initium fuit. Non præteribo etiam  
admonere, moris fuisse apud veteres, ut mini-  
ster ad Orientē solem spectaret, quod à Berol-  
do quidem aperte traditum est in cæremonia.  
Ms. de sabb. lanc. vbi inquit: statim Archiepis-  
copus vadit ad alteram partem fontium, id est, ad  
Orientem, & duo Cardinales, id est, minor presbyter,  
& minor diaconus intrant fontes, &c. multisque  
huius generis ritibus confirmari potest, sicut  
cum, baptisteria versus eandem regionem  
redificata, & sacram fidei professionem edi-  
solitam esse, suo loco & dicemus, & dixi-  
mus.

---

*De suscepitorum nominibus, origine, ac usu.*

CAP. XXX.

**Q** Vi è sacro fonte baptismi candidatos Cōpatres,  
fusciunt, eos veteres Patres multis no- & cur ita  
minibus vocavere. S. Augustinus serm. 116. de dicti.  
temp. & Concilium I. Moguntinum compatres  
appellarunt, quasi simul patres: quo modo  
M

178 De Antiq. Bapt. rit. ac Car.

idem Augustinus ibidem competentes, con-

dentes, & concurrentes vocat eos, qui sim-

Patres Spi- Petunt, sedent, & currunt. In vita S. Rich-  
riu les. dis Martianensis per Hugbaldum Monachum  
Patrini. Elinonensem, ad Stephanum Episcopum C-

meracensem scripta patres spirituales nominan-  
tur: & vulgo patrini nomen inuenere, punc-  
quia mystico partu conceptos, & satos ad mo-  
tuam vitam offerunt, & ipsius spiritualis gene-

quodammodo adiutores sunt. Nec vero illi

inuentum nuper, ac nouum, sed ab antiquis

Patribus saepissime usurpatum, Hygino cap.

In catechisi de cosecrat. dist. 4. Nicæna Synod.

can. 21. Alb Flacco lib. de Diuin. Offic. cap.

de Sabb. sanc. Pasch. & cap. 21. de sabbato in

Alb. Concilio Arelatensi cap. 19. Vualfinus

Strabone lib. de reb. Eccles. cap. 26. Iuone Ca-

notensis serm. de sacram. Neophyt. & Concilio

Tridentino sest. 23. can. 2. Græcæ a S. Dionyso

Aetopagita cap. de bapt. & Elia Cretenis lib.

iur. Oriental. ἀράδοχου vocabulum solum

sunt. Tertullianus libro de bapt. cap. 18. &

Albinus Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. 21. de

sabb. in Alb. sponsores à spondendo nomina-

runt. Ioannes Chrysostomus in psalm. 14. Au-

gustinus serm. 116. 163. & 215. Iacobus Diaconus

de vit. S. Pelag. Concilium Arelatense cap. 19. &

Iuo Carnotensis serm. de sacram. Neophyt.

fidei suffores: Concilium Parisiense lib.

1. cap. 54. & Amalarius Fortunatus lib. 1. de

Eccles. Offic. cap. 29. & 38. patronos; Terullianus

lib. de bapt. cap. 18. fidei duces; Augu-

stinus Epist. 23. fidei doctores: Ioannes Chrylo-

ardos.

χου.

Sponsores.

Horius in Psalm. 14. & Gregorius Magnus lib.  
 4. Dialog. cap. 32. suscep<sup>t</sup>tores: Ordo baptis<sup>m</sup> se. Fidei usq<sup>e</sup>  
 tundum vsum Aethiopum vades: Simeon Me- ies.  
 taphrasles de vit. S. Epiphani<sup>j</sup> Constantia<sup>x</sup> E- Patroni.  
 p<sup>i</sup>copi patres, Isidorus lib. 2. de Eccles. Offic. Fidei du-  
 cap. 20. gestantes: demū Iustinus Martyr quæst. dores.  
 56. ad Orthod. & Augustinus Epist. 23. offeren- Fidei di-  
 tes. Super quibus omnibus, quænam illorum suscep<sup>t</sup>tores.  
 origo fuerit, varia tradita sunt à scriptoribus. res.  
 Vulfridus Strabo, cùm vsum abluendi infan- Vades.  
 tes à primæa Ecclesie auferat, susceptorum  
 etiam originem post S. Augustini tempora ag- Gestantes.  
 noscit lib. de reb. Eccles. cap. 26. cùminquit: Offerentes.  
 notandum deinde, primis temporibus, illis solamino- Origo ius-  
 ceptorum in baptis-  
 & montis integritate iam ad id pernenerant, ut mo.  
 scire, & intelligere possent, quid emolumenti in bap-  
 tismo consequendum, quid confidendum, atque cre-  
 dendum, quid postremo renatis in Christo esset ser-  
 uandum, refert siquidem venerabilis Pater August.  
 de se ipso in libris confess. suarum, quod pene usque  
 ad 25. annorum etatem catechumenus perdurauit:  
 & ea videlicet intentione, ut, per hanc tempo-  
 ris moram de singulis edoc<sup>l</sup>us, ad eligendum quotidii-  
 bet libero duceretur arbitrio, & deferuerentibus lu-  
 brice etatis incendijs, melius, quo sequendum erat,  
 seruare potuisset. sed, augecente diuinæ religionis di-  
 ligentia, intelligentes Christiani dogmatis amatores,  
 peccatum Ad origina<sup>e</sup> non solum eos tenere obno-  
 xios, qui suis operibus prævaricationem auxerant,  
 sed etiam eos, qui sine suis commissis, &c. hoc er-  
 go scientes sanæ fidei sectatores, ne perirent parvuli.  
 Si sine remedio regenerationis gratia defungerentur

M ij

180 De Antiq. Bapt. rit ac Cær.  
statuerunt, eos baptizari in remissionem peccatum  
&c. ex hac igitur occasione inuentum est, ut patrini  
matrinae adhibeantur, suscepturn parvulos de lance  
ut pro eis respondeant omnia, que ipsi per etatam  
firmatatem confiteri non possunt. Alij, vt Polydor  
Virgilius lib. 4. de inuent. rer. cap. 4. & Glos.  
in vitam Hygini à Damaso scriptam, putant  
ab Hygino Papa institutos fuisse. Quorum  
de hac re verba lector apud ipsos locis citam  
videre poterit. Sed utraque sententia quae  
manifesto falsa sit, grauissima scriptorum me-  
numenta declarant. Etenim Author Confirmation.  
Apostolice, lib. 5. cap. 16. cùm baptis  
cærimonias doceret, suscipiendo moris mem-  
nit his verbis: *tu Episcopus, vel tibi susceptor pro-  
byter, sacram super ipsum dicens, ac nominans inven-  
tionem Patris, & Filii, & Spiritus sancti, bap-  
tabis eos in aqua: ac virum suscipiat Diaconus,  
mulierem Diaconissa, ut, decoro traditio infrangibilis  
sigilli administretur.* Et S. Dionysius Areopagi-  
ta, qui Hygino Pontifice saltem quadraginta  
annis, & Augustino trecentis superior fuit,  
lib. de Eccles. Hierarch. cap. de bapt. postea-  
quam modum, quo baptizandus a susceptor  
ad Episcopum ducitur, explicauit, de eodem  
susceptore hæc habet: *tum ei exponit rationem  
perfectam, qua ad Deum accedendum est, explanauit  
que eidem diuina vita, & ut ita dicam, conve-  
tione, ex eo præterea querit, num ita instituat viuen-  
cum promisit, manum eius capiti admouet, signo  
edito, sacerdotibus imperat, ut Viri, atque sponsi  
nomina prescribant. Et infra: non modo eiusdem  
susceptoris mentionem facit: sed & pleraque*

eiūs munera recenser : quæ subsequentibus  
verbis explicantur : virum ad se portari iuber , cū-  
que sacerdos aliquis ex tabula professionis & cum,  
& sponorem citat ; hic quidem ad aquam à sacerdo-  
tibus ducitur , ad Hierarchem manum ab eis manudu-  
ctus . &c. Rursus cap. 7. susceptoris conditionē,  
quibus eum moribus , ac disciplina præditum  
esse oporteat , ita significat : naturales oblati  
pueri parentes puerū vni ex fidelibus tradant , præ-  
claro diuinaru rerum magistro , sub quo iam puer sit ,  
quasi sub patre diuino , sancteque salutis alumnō. Non  
enim aliis baptizati magister , vel alumnus intel-  
ligi potest , quam susceptor : ad quem diuinis  
mysterijs erudire , pertinebat . Simile est illud S.  
Iustini Martyris que. 56. ad Orthod. Vbi de  
parvulorum baptismō , digni , inquit , sunt quare  
baptismi commodis fide eorum , qui illos ad baptismū  
offerunt . Tertullianus etiā lib. de bapt. cap. 18.  
Sponsoris fidem in eandem sententia explicat ,  
dicens : quid enim necesse est , si non tam necesse est ,  
sponsores etiam periculo vrgeri ? qui & ipsi per mor-  
talitatem destituerū promissōes suas posseant , & pro-  
uentu male indolis fallī . Atque hinc est , quod  
S. Basilius Epist. 128. ad Postumian. eum lau-  
dibus efferens , quia professionem Christianam , in sacro lauacro editam , vita , & mori-  
bus egregie sustineret : optat eum è baptismi  
fonte suscepisse : cum ait : primo baptismate ini-  
titatus es ad pietatem : Utinam te è sacro fonte , le-  
uassem . Recordor enim verborum tuorum , que ,  
quod mirum est , adhuc insonant auribus meis , &c.  
S. verò Augustinus etiā obscurre , tamen eiusdem  
rei meminit Epist. 23. ad Bonifac. Coe-

M iii

182 De Antiq. Bapt. rit. ac Cœr.  
piscop. dum sponsorum, Ecclesiæque fidem  
qua infantes baptizantur, hoc modo edidit  
offeruntur quippe parvuli ad percipiendam spiri-  
tum gratiam non tam ab eis, quorum gestantur manus-  
bus, quamvis & ab ipsis, si & ipsi boni fideles, sed  
quam ab uniuersa societate sanctorum, atque filio  
Ium. Et paulò post alterius opinionem refutat  
dicentis, quemadmodum parentes lethas  
culpæ causam originis vitio, nobis afferunt,  
sic eorundem fide pueros baptismi munus ab  
pisci, necesse esse, nec aliunde refutandi u-  
gumenta desumit, nisi quod plures ab ex-  
tincis, quam à parentibus in baptismo suscep-  
tingat: sicut enim, ait, scribens dicit, Ut, si  
parentes fuerunt autores ad eorum pœnam, pro-  
dem parentum identidem iustificantur: cum vero  
multos non offerri à parentibus, sed etiam à quibus  
libet extraneis, sicut à dominis serui aliquando effe-  
runtur. Accedit illustre Epiphanius Constantini  
Episcopi exemplum, qui cum fonte bapti-  
mali muniendus esset, à Luciano presbitero  
susceptus est, ut testatur Simeon Metaphy-  
stes: in vita eius scribens: cum ergo starent, &  
divinas audirent scripturas, aduertit Episcopus,  
ut in throno sedebat, glorificatum esse Vultum Ep-  
iphani, & coronam esse eius capitum impositam, &  
absolutum itaque Euangeliū, ingressus est  
piscopus in baptisterium, & iuſbit, Epiphanius  
ingredi, & eius sororem, & cum ipsis Lu-  
cianum, qui etiam fuit pater eius in sancto baptismi.  
Nec præterenundum hoc loco Albini Blacite-  
stimonium l. de Divin. Offic. c. 19. de sabb.  
S. Pasch. Nam tractans de modo recitandi

precisionem Dominicam, & duodecim fidei capita, inquit: *tunc, qui possunt, reddunt Orationem Dominicam, & symbolum, siue patrini propriis, atque matris eorum, qui eos suscepturi sunt.* Quod a Concilio Parisense Patribus repetitum legimus lib. 1. cap. 14. vbi susceptoris officio fungi, ijs, qui publicæ pœnitentia addicti sunt, ita prohibent: *illos tamen in hoc capitulo specialiter ab his officijs remouendos iudicamus, qui, propter reatum suum, publica pœnitentia sunt multati: videlicet ut nec alios de sacri fontis baptismate suscipiant, nec etiam ad percipiendum sancti spiritus donum, aliorum patroni coram Pontificibus existant: donec, per dignam pœnitentia satisfactionem, reconciliationem mereantur.* Et si plura veterum testimonia, quis desideret, facile erit, rerum diuinarum scriptores, qui de nominibus eorum supra allati sunt, & toto hoc capite sparsim afferentur, adjicere. Quorum plerique cum non longo interuallo ab Apostolis disiuncti sint, necessaria consecutione colligimus, susceptorum usum ab ipsis Apostolis incepisse. *Suscep̄o.* Quod ut certius, ac firmius credam, ipsa quoque ratio persuadet. Nam, cum ab incunabulis nascentis Ecclesie Christi fidem in baptismo profiteri, maloque Daemoni, ac pompis eius nuncium remittere, etiam infantibus receperissimum fuerit: necesse est, ex eo tempore fuisse aliquos, qui, quod pueris per aetatem non licebat, sua diligentia, & opera praestaret. At hi, quo cunque tandem nomine, appelles non nisi susceptores fuerunt. S. vero Augustini exemplum, quod ad suam sententiam confirmandam.

M iiiij

Vualfridus Strabo adduxit, solum probat, em  
inter rudimenta fidei Christianæ diu fuile

Quod nec causam eius subleuat, nec offici  
mox. Sunt etiam, qui negent, suscepionis  
res quidam usum in veteri Ecclesia vñlum fuisse: qui &  
negaverit aperte mentiuntur, vt sunt reprehensio<sup>sus</sup> <sup>sus</sup>  
<sup>a. de Ana</sup> lingero: &, vt mihi videtur, in idipsum sem-  
duerunt, quod timebant, cum enim ita dice-  
rent, frustra susceptores in baptismo adhiben-  
vt tamen, contrarium ab Ecclesia Principib<sup>s</sup>  
statutum iri, existimarent: non minus Ponti-  
ficiis, quam alijs in Concilio congregatis,  
susceptorum consuetudinem stabilire, &  
confirmare visum est, quorum decreta effe-  
runt, vt de eius antiquitate, & vñ amplius  
dubitare non licet. Maiorem difficultatem

Suscep<sup>m. s vnde</sup> torū habet ea quæstio, vnde in Ecclesiam suscep-  
in Ecclesia torum mos profectus fuerit. Cui ego sic oc-  
profectus curro, vt ab illo Euangeli<sup>i</sup>, Et adduxit eum  
fuerit. Iesum, ad nos manasse, existimem. Testimo-  
nio est Ludolphi Saxonis Carthusiani loci  
lib. i. vit. Christ. cap. 24. & adduxit eum ad hoc  
sum: ex hoc accepit Ecclesia, quod in sacramenta-  
ptimi, & Confirmationis utitur adducere, qui  
qui presentes suscipientes sacramentum, qui Pa-  
trini solent vocari. Quæ verba adeo manifella  
sunt, vt alijs testimonij confirmare, opus non  
sit.